



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

32 Decimarum causa à praecepto inchoari potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Beneficii per amplexum Altaris, & alios a-
ctus, quæ fiunt in Ecclesia, ac etiam per
tactum annuli Ecclesiæ clausæ acquiruntur
possessio. Rot. decis. 5. de caus. poss. & pro-
priet. in antiqu. & decis. 8. de restit. spol. in
antiquior.

27 Secundò, potest agi remedio possessio-
rio ꝛ recuperandæ possessionis, qua quis
spoliatus libello concludere debet ad re-
stitutionem, vel reintegrationem, cap.
reintegranda, 3. q. 1. cap. ad decimas, de
restit. spol. in 6. & Rebuff. ea q. 9. num. 2.
& spoliatus antequam cognoscatur de do-
minio, est in primis, & ante omnia resti-
tuendus, cap. reintegranda, 3. q. 1. cap.
conquerente, & cap. fin. de restit. spol. Bar.
in l. si quis ad se fundum, num. 2. C. ad
l. Jul. de vi pub. & Menoch. conf. 2. num.
185. & 186. lib. 1.

28 Tertio; ꝛ agitur possessorio adipiscen-
dæ, & tunc beneficiatus libello concludere
debet se esse parochum talis loci, quæ
propter ratione oneris, curæ animarum
decimas deberi, quarum percipiendi pos-
sessionem sibi tradi requirit, Rebuff. q.
9. num. 1. & Monet. q. 8. num. 27. eo.
tract. de deci. & pluries causa decimarum
est summaria, in qua procedi potest sine
aliqua juris solemnitate.

29 Primò, ꝛ enim, quando agitur posses-
sorio retinendæ, quod est summarissimū,
quo probatis requisitis, ut possessione
tempore litis motæ, non admittuntur
probationes requirentes altiozem indagi-
nem, sed datur beneficiato manuentio,
d. s. quorum, instit. de interd. cum aliis
supracitatis.

30 Secundò, quando clerici, quibus con-
stat decimas de jure deberi, agunt contra
eos, qui ad solutionem pro certa decima,

aut quota tenentur, ut est text. in clem. dis-
pensiolam, & ibi gl. in verb. decimis; Card.
n. 28. & Imol. n. 7. de jud. & Monet. eod.
tract. quest. 8. n. 41. & 42. de decim.

Tertio, si agatur inter duas ecclesias de
jure percipiendi decimas, quarum benefi-
ciati prætendunt, quilibet decimas suæ ec-
clesiæ tertio laico deberi, quia cum eccle-
siasticis de jure ꝛ communi, & divino de-
beantur, semper habet locum dicta clem.
dispensiolam, Rot. decis. 14. per tot. de
jud. in no. glol. in d. clem. in verb. decimis,
vers. sed quid si non, cum aliis, per Monet.
deductis, eod. cap. 5. num. 43.

Quarto, procedit etiam dicta clem.
dispensiolam, inter laicos, quando fue-
runt decimæ translatae ante conc. Latera-
nen. & successor in feudo ꝛ antiquo deci-
marum agit coram domino directo ad ea-
rum exactionem, in quarum possessione
erat ejus prædecessor, quia tunc, cum cau-
sa decimarum sit de decimis antiquis de
jure communi, & divino Ecclesiæ debitis,
& hoc jus in vassallum tunc legitime fue-
rit translatum, vassallus eodem privilegio
gaudet l. qui in jus ff. de reg. jur. cap. qui
in jus, eod. tit. Card. in d. clem. 1. num. 21.
& Bened. Caputa q. n. 17. & in his casibus
contra subditum ad decimas non solutas
agendo incipi potest à præcepto ꝛ sub pec-
unia pecuniaria, & in subsidiū excommunica-
tionistrina, vel una pro trina monitione
præmissa, quatenus intra tot dies debeat
reus tantam summam decimarum persol-
vise, cap. pervenit, de decim. c. sacro, de
sent. excomm. & gloss. in d. clem. dispen-
siosam, in verb. præmoniti.

31 Non tamen ꝛ sunt tolerandi, qui variis
artibus decimas ecclesiis obvientes sub-
trahere moliuntur, aut, qui ab aliis sol-
vendas.